

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 7254

**Auteur(s) :** Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Tours, Saint-Martin de Marmoutier (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1172-1182]

**Lieu d'émission :** Chinon

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Concession à l'abbaye de Marmoutier du manoir de Thorverton et de l'église de Cosham.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Dodsworth Roger, Dugdale William, *Monasticon Anglicanum, sive Pandectae coenobiorum Benedictinorum, Cluniacensium, Cisterciensium Carthusianorum..., de canonicis regularibus Augustinianis...*, Londres, Longman, Hurst, Rees, Orme & Brown, 1817-1830, 8 vol., t. 6, vol. 2, p. 1097.
- b. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° DLXXIV, t. 2, p. 158-159.

## Dissertation critique

« 1172-1173 – 1182 » : sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, Recueil des actes de Henri II, t. 2, p. 158. Cet acte, qui porte la formule *Dei gratia*, n'est pas antérieur à 1172-1173.  
. Souscription de Gautier de Coutances, archidiacre d'Oxford, élu évêque de Lincoln le 8 mai 1183. La pièce pourrait, à la rigueur, être des premiers mois de 1183. Henri II a été à Chinon, peut-être à la fin d'avril 1180 et certainement à Pâques (5 avril) 1181.

Texte établi d'après b

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis, salutem. Sciatis me concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et monasterio Sancti Martini de Majori Monasterio et monachis ibidem Deo servientibus manerium de Torverton, et ecclesiam ejusdem manerii cum omnibus pertinentiis suis. Et ideo volo et firmiter precipio quod predicti monachi predictum manerium, sicut Exa dividit, habeant et teneant integre, bene et in pace, libere et quiete et honorifice, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus que ad manerium illud pertinent. Preterea concedo predicto monasterio Sancti Martini de Majori Monasterio et monachis ecclesiam de Cosham, cum omnibus que ad illam pertinent ecclesiam, tam in terris quam in decimis et hominibus et in omnibus aliis rebus, et omnem decimam hominum meorum de Cosham., et decimam garbam totius messis mee de Cosham., ita quod decima accipiatur ad hostium grangie mee, et ibi monachis vel eorum servientibus liberaliter detur. Concedo etiam eis, de me et de hominibus meis de Cosham., decimam lanarum

et caseorum et agnorum et vitulorum et porcorum et pullorum et omnium rerum quarum decima datur, et benigne eis et hominibus suis communitatem illius ville. Iterum autem concedo quod predicti monachi habeant sexdecim boves et quinque vaccas et unum taurum, in omnibus pasturis meis, ubicumque boves mei pergunt pascere. Volo etiam et firmiter precipio quod ipsi monachi ecclesiam suam de Torverton. cum manerio ad proprios usus habeant et teneant integre, bene et in pace, libere et honorifice, et quiete ab omnibus serviciis et geldis et scotis et omnibus aliis querelis, et defendo ne aliquis cum eis hospicium capiat absque licentia monachorum.

Testibus : magistro Waltero de Constantiis Oxoniensi archidiacono, Willelmo Paynelli, Gervasio Paynelli, Ambrico archidiacono, Stephano de Turonis senescallo de Andegavia, Hugone Bardulfi dapifero, Galfrido Filio Petri, Ernisio de Nevilla.

Apud Chynonem.